

BIJLAGE I : INLEIDING VAN JAN TOURNZUER OP DE KRONIEK.

BRUSSEL, Kon. bibl., hs 5764 (cat. 3860), f.1v.

Frater Joannes Tourneur Cartusie Bruxellensis professus Lirensis  
vero alumnus. Pio Lectori .

Superioribus candide lector annis infirmitate corporis aliquanta  
corruptus quum quemdam librum legerem qui enarrationis continebat  
Carusiae prope Bruxellas cuius procuratione tum fungebar, mirum in  
modum spiritus meus recrebatur. Verum quia est ille obliteratione  
ob antiquitatem proximus videbatur mentem meam firmabam in renova-  
tionem. Affectus praevalet infirmitatibus : quando quidem non patiebar  
moram, donec mentis mee huiusmodi propositum ad effectum perduxisset  
Enim vero moras ruperi, scripturae me accinxi atque labore minime par-  
cens ad finem usque rescriptionem continuavi. Et hoc 1558 ut in  
fine patet intuenti. Posterioribus vero annis quum secundo procurato-  
ris inservirem sollicitudinibus animo meo contrariis, direxi  
omnem lapidem movere atque improba sollicitatione defunctionem  
mihi conciliare. At postquam nullis potuissem litteris deprecatoriis  
voto istiusmodi potiri, direxi Venerando Domino Cornelio vanden Kerk-  
hove, priori pro tunc Cartusie Lirensis supplicem epistolam intimis  
precordiis ipsum obsecrando quatenus alterius visitatoris impetrato  
consensu dignaretur me admittere suum conventui. Non illi absurdebat  
mea postulatio, quando quidem ob alia negotia venerandum Patrem con-  
visitatorem priorem tunc Hollandiae Theodoricum Moynon accedens, eidem  
quoque mea vota exponensque diu optavi, viva voce illi indulta sunt.  
Unde pius iste pater domum cum repetisset altera die Sancti Joannis

letus atque gaudens verbis quoque ingratus illi non existens disposui me in instanti ad componendam sarcinam utpote ipsum ad locum optatum sequenturus. Prout altera visitationis beate semper Virginis Marie sequutus sum. Hoc in conventu paucis diebus exactis studui librum prius rescriptum revisere atque aliquas annotationes marginibus apponere. Nec hoc sufficere mihi visum est nisi et illis aptarem indicem alphabeticum. Quo completo collegi fundatores et dotatores, fundatrices et dotatrices cellarum? Undeque conscripsi (ceu catalogum unum) alium indicem. Denique post huius libri finalem enarrationem coacervavi Priores Vicarios, Procuratores et Sacristas qui usque huc e annum 1562 in Septembri monasterio predicto et inservierunt et serviunt. Hunc ego laborem subii pio lectori libens in gratiarum actionem quod fere XVII annis sustentatus sum in cartusia praememorata. In qua primo sacriste, tunc procuratoris prima vice, deinde vicarii, postremo procuratoris secunda vice officiis functus sum. Nunc autem ut praetactum est defunctione impetratae in certusia lirensi sedeo in multitudine pacis et requie opulenta fruendo uberibus sponse, ex qua te plurimum bene valere opto anno 1562, septembris die xvi<sup>o</sup>.

f. 8<sup>v</sup> : hec finem acceperunt anno 1562 15a septembris in domo cartusiano oppidi lirensis.